



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Chronologiae Veteris Testamenti Accvratvm Examen
Augustißimæ, Invictissimæq[ue] Domui Austriacæ
Dicatvm**

Philippi, Henricus

Coloniae Agrippinae, 1637

1. Quomodo anni regni Græcorum in hisce libris recensiti cum æræ Christi congruant.
-

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64340](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64340)



NOTÆ ET
QVÆSTIONES CHRONOLOGICÆ,

In duos Libros

MACHABÆORVM.

QVÆSTIO I.

Quomodo anni regni Græcorum in hisce Libris recensiti, cum æra Christi congruant.

1. **M** Vc o in Librum primum Machabæorum cap. 1. Seleuco Nicanori & sequentibus regibus Syriæ, vsque ad Antiochum, Epiphaniem tot annos fere tribuit, quot ego aliàs eisdem assigno: at nimis latè calculos extendit, quando æram regni Græcorum accersit ab obitu Alexandri Magni, cum is obierit annis 12. ante Epocham horum annorum, quos regni Græcorum appellamus, vt alibi declaratum.

2. Victorinus Strigelius in Chronologia, quam præfigit Libris Machabæorum, annum 137. regni Græcorum coniungit cum anno ante Christum natum 173. annum Græcorum 138. cum anno ante Christum 172. atque in eundem planè modum de alijs annis philosophatur, ita vt annus Græcorum 177. quo Simon Machabæus à suo genero peremptus est, compareretur cum anno 133. ante Christum.

*Strigelij
sententia.*

3. Vnde colligimus hunc auctorem, triennio ab æra Christi vsitata discrepare: siquidem vt in Computo Ecclesiastico & alibi probabam, æra regni Græcorum oritur annis 12. à morte Alexandri M reuolutis, nempe anno ante Christum 312. Quocirca si datus annus Græcorum tollatur de 313. relinquet annum ante Christi epocham, à quo trahit originem. Atqui annus 137. Græcorum à 313. subductus non relinquit 173. (quod facit calculatio Strigelij) sed 176. Itaque annus 137. Græcorum oritur ab anno ante Christum 176. Annus Græcorum 138. exordium capit ab anno ante Christi epocham 175. Annus denique 177. Græcorum profluit ab anno 136. prædictam Christi epocham antecedente: ac proinde Strigelius æram Christi communem tribus annis auertit.

*Strigelij
calculus
aræ Christi
sua communem
3. annis ante-
uerit.*

222 2

4. Hinc

P.
H. Philippi

Chronologia
vet. Testamenti

A 14
179

*Exordium
regni An-
tiochi Epi-
phanis.*

4. Hinc colligere licet, Antiochum Epiphanem regnasse ante Christi æram 176. quod Strigelius imputat anno ante Christum 173. Sic Demetrii Soteris primordia bene refert ad annum Græcorum sed ei non assentior, dum ibi numerat annum ante Christum natum 173. bittor enim Demetrium regno potitum anno ante Christum natum 173. Strigelius tamen 1. Mach. 1. tuas rationes ad æram Christi nite æram cum ait Alexandrum mortuum anno 1. Olymp. 114. annis ante Christum

*Obitus
Antiochi
Epiphanis.*

5. Nec mihi arridet, quod Antiochi Epiphanis interitum, sup. Græcorum 148. cum initium Eupatoris differat in annum sequentem enim morte Iudæ Machabæi, & exordium Ionathæ in eundem anno ijcit, scilicet 152. regni Græcorum: ita anno Græcorum 149. quo dicitur tuus dicitur Antiochus Epiphanes, 1. Mach. 6. v. 16. Eupatoris tunc modo necem Simonis Machabæi consignat anno ante Christum natum successione vero Ioannis Hircani anno sequenti. Ego Simonem autumo, sub finem anni 177. Græcorum, ex methodo libri prioris Machabæorum, fluente anno ante Christum 135. quo Hircanus pariter principatum.

*Dubium de
ratione
temporis qua
assignatur
1. & 2.
Machab.*

6. Sed quæstio grauior occurrit, quomodo ea, qua de ratione rum traduntur libro 2. Machabæorum, cum ijs, quæ libro 1. habentur inter se conciliari? cum vno anno discrepare videantur. Nam libro 1. v. 16. Antiochus Epiphanes dicitur, mortuus anno centesimo quadragesimo regni Græcorum: at verò lib. 2. cap. 11. ver. 33. epistola Antiochi Eupatoris mortuo parenti successerat, his verbis concluditur. Valte: anno centesimo octauo, Xanthici mensis quinta decima die. Ad hæc lib. 1. cap. 6. Eupator scribitur, cum ingenti multitudine Iudæam inuasisse, anno centesimo quinquagesimo: liber autem secundus, refert ea contigisse, anno centesimo quinquagesimo nono, cap. 13. v. 1. Denique liber primus cap. 7. v. 1. sic habet: anno centesimo primo, exijt Demetrius ab vrbe Roma &c. Liber secundus autem refert ad annum centesimum quinquagesimum, cap. 14. v. 4.

*Initium an-
ni Græco-
rum iuxta
1. Mach.*

7. Vt hic nodus soluat, aduertendum primo, in libro prioris Machabæorum 10. annos regni Græcorum à mense Nisan exoriri: siquidem anno 173. (quo Demetrius Roma profugit) Nicanor vietus & occisus est, die tertia mensis Adar, vt disertè exprimitur lib. 1. cap. 7. 43. Mox Belesai Alcimus à Demetrio in Iudæam missi, in mense primo anni centesimi quinquagesimi secundi applicuerunt exercitum ad Ierusalem, lib. 1. cap. 9. ver. 1. & 2. Tunc mensis primus omnium iudicio, est ille qui Iudæis Nisan appellatur, & mensis Sabat dicitur vndecimus, lib. 1. cap. 16. v. 14. Ergo ad hæc facta, facta est anni mutatio, ita vt mense Adar, anni 151. Nicanor

menſe autem Niſan proximè ſequenti, qui primus erat in anno ſacro, numerari cœperit annus 152.

8. Simili ratione, anno centefimo ſexageſimo, aſcendit Alexander Antiochi filius, qui cognominatur Nobilis, & occupauit Ptolemaidam. 1. Machab. 10. v. 1. Atque eodem anno annuente eodem Alexandro, induit ſe Ionathas ſtola ſancta, ſeptimo menſe anno centefimo ſexageſimo, in die ſolemni Scenopegia, ibid. verſ. 21. Ergo menſe Tiſtri adueniente, nouus annus ſtylo libri primi, non eſt ortus: ſed adhuc fluebat annus 160. qui ab antecedente Niſan proceſſerat.

9. Poſtremo Ionathas à Tryphione occiſus eſt hyeme, quando erat *mixta valde*. 1. Mach. 13. v. 22. & 23. tum anno 170. cœpit populus numerare annum primum Simonis, quo geſta ſunt ea, quæ ib. à verſu 43. referuntur: menſe autem liar ſequenti, auctor libri primi computat annum 171. regni Græcorum, vti illo cap. 13. narratur ver. 51. *Et intrauerunt in eam* (arcem Ieroſolymitanam) *tertia & vigefima die, ſecundi menſis, anno centefimo ſeptuageſimo primo.* Itaque menſis Niſan nouum annum regni Græcorum aperiebat, iuxta ſupputationem auctoris libri primi Machabæorum, vt clarius apparet exemplis num. 7. & 8. iam relatis.

10. *Aduertendum ſecundò.* ab auctore libri poſterioris Machabæorum, annos Græcorum à menſe ſeptimo, (aut ſaltem ab autumno) inchoari, nimirum ſex menſibus tardius, quam in libro priore autentico ſupputentur. Quo fit, vt illa, quæ ab initio primi menſis, vſque ad finem ſexti geſta ſunt, & liber prior, v. g. ad annum 150. refert, auctor libri poſterioris anno 149. adſcribat: à menſe verò Tiſtri incluſiue, vſque ad ſequentem Niſan excluſiue, vnus idemque ſit, annorum computus in vtriuſque Libri Machabæorum auctoriſus. Eodem modo annum illum 149. quo Eupator venit & obſedit Ieroſolymam 2. Mach. 13. v. 1. auctor iſtius libri inchoabat à menſe Tiſtri anno ante Chriſtum 164. & vſque ad autumnum anni 163. porrigebat, ita vt pari paſſu, annus ſabbaticus, & 149. regni Græcorum procederent ex computatione lib. 2. At verò auctor libri primi, ſex menſibus citius incipiebat annum illum 149. Itaque æſtate anni ante Chriſtum 163. liber primus numerabat annum 150. regni Græcorum à menſe Niſan inchoatum: liber autem ſecundus tota illa æſtate in anno 149. perſiſtebat, & autumno demum adueniente ad annum 150. gradum fecit. Neque verò mirum cuiſpiam videatur, quod vnus idemque annus diuerſa quandoque habeat exordia: nam Indictiones olim ſtylo Cæſareo à die 24. Septembris; ſtylo autem Pontificio à ſequenti Ianuario initium ſumebant. Iudæi annos Chriſti accerſunt ab autumno; nos autem Chriſtiani à Ianuario ſequenti auſpicamur. Ex. ca. Iudæi corrente anno Domini 1635. (vt nos computamus) die 13. Septembris Gregoriani nouum annum aperiuunt,

Initiū anni Græcorū iuxta auctorem 2. Machab.

Vni eisdemq; anno diuerſa nunquam conueniunt exordia.

P.
H. Philippi

Chronologia
vet. Testamenti

A 14

17^a

*Peculiaris
difficultas.*

quem ipsi 1636. ære Christianorum, siue fidei Nazæorum indigunt.
11. Est tamen peculiaris difficultas, de anno illo 148. qui legitur
stola regis Eupatoris ad Iudæos, 2. Mach. 11. v. 33. & epistola Romanorum
eisdem v. 38. Etenim annus Græcorum 149. quo Antiochum Epiphanem
terijss: scribit sacer auctor libri primi Machabæorum inijit mense Nisan
ante Christum 164. quomodo igitur die 15. mensis Xanthici, qui non
aberat à mense Nisan Eupator post sui parentis interitum, tam cito
scripserit ad Iudæos? Imò ex cap. 6. libri primi, istæ literæ datæ videtur
nem anni sabbatici, labente anno ante Christum 163. quo ortus est annus
corum 150. Siquidem copix Eupatoris in Iudæam grassata: hæcero an-
cem illam anno isto 148. ab Eupatore confirmatam.

12. Respondebunt fortè nonnulli æram Græcorum posu-
anno ante Christi epocham 311. ac proinde annum 148. regni Græcorum
ijss: anno ante Christum 163. & exijss: post datas ab Eupatore literas ad
Iudæos. Verùm alibi probatum est, æram regni Græcorum computatione
tatione, ab anno 312. ante vulgarem Christi epocham prodire, vnde
exempla suis locis proposita demonstrant.

13. Nonnulli, vt Keplerus epocham regni Græcorum vno anno
nunt epochæ Seleucidarum, & asserunt literas Eupatoris, ac Romanorum
bro 2. Mach. relatas, notari anno Seleucidum 148. non contra æram regni
Græcorum, Verum hæc pro arbitrio excogitata sunt, & falso
fundamento, quod nimirum vna duntaxat vice Eupator cum Iudæis
inierit, & quidem anno sabbatico 14. Alij vt Serarius & Tornelius, asserunt
tur æram Græcorum, & Seleucidarum esse vnam eandemque: non tam
lique ab eodem principio deductam, sed communi supputatione vni-
citius inchoari, quàm apud Syros & Chaldæos. Equidem non ab eo
eandemque æram à diuersis quandoque principijs deducti. Nam
conditæ Capitolina vno anno sequitur computationem Varronianam
Monarchiæ Græcorum nunc à 330. nunc à 331. anno ante Christum
selet. Æra Monarchiæ Romanorum, modo à morte Antonij & Cleopæ
modò ab Actiaca victoria anno præcedenti parra deducitur: hoc tamen
non existimo id asserendum esse. Nam inter Eupatorem & Iudæos
sancta fuit anno Græcorum 148. ac rursus 149. aut fortè incunte 149.
bri 2. Machabæorum, vt bene aduertit Petauus lib. 10. c. 43. De præcep-
gitur lib. 2. cap. 11. de posteriori lib. 1. c. 7. v. 55. vsque ad 61. & lib. 2. c. 11. v. 11.

*Lysias &
Eupator
pacem cū
Iudæis di-
uersis tē-
poribus
composue-
runt.*

15. Quod autem Lysias & Eupator cum Iudæis pacem diuersis
ribus composuerint docent Petauus, l. c. Serarius cap. 11. sub finem, &
tionide lib. 3. cap. 14. & 20. Quod ipsum varijs è S. Scripturæ indicij

hendimus. *Primo*, ante pacem prius factam Lysias Iudæam intuaferat, congregatis octoginta millibus & equitatu vniuerso. 2. Machab. 11. v. 2. *Secundo*, ante eandem pacem Iudæi irruentes in hostes prostrauerunt ex eis, vnde decim millia peditum, & equitum mille sexcentos. ib. v. 11. *Tertio*, causa huius pacis sancienda indicatur vers. 13. Lysias enim ista clade commotus, & intelligens inuictos esse Iudæos, omnipotentis Dei auxilio nitentes pacem & regis amicitiam obtulit illis. *Quarto*, tunc Eupator aberat à castris, quibus Iudæi infestabantur, vt indicat versiculus 22. vbi describitur epistola regis Eupatoris ad Lysiam, & his factis pactionibus, Lysias pergebat ad Regem. cap. 12. v. 1. Iudæi verò agricultura operam dabant. At verò ante pacem altera vice conciliatam, in primis, non solus Lysias, sed etiam rex Eupator suscepit expeditionem in Iudæos, vt patet ex 1. Mach. 6. secum habens centum millia peditum, & viginti millia equitum &c. v. 30. idque anno centesimo quinquagesimo epochæ prioris libri, v. 20. epochæ verò posterioris centesimo quadragesimo nono. 2. Mach. 13. v. 1. *Secundo*, ante eandem pacem, Rex è suo exercitu amisit sexcentos viros, li. 1. c. 6. v. 42. & alia vice quatuor millia cum maximo elephantorum numero, li. 2. c. 13. v. 15. ac tandem commisit cum Iudæa, superatus est. ib. v. 23. *Tertio*, causa cum Iudæis paciscendi Eupatori fuit, quod cognouisset rebellasse Philippum Antiochia, vt illo v. 23. narratur. *Quarto*, rex Eupator præfens aderat, vt ex locis iam recensitis constat, qui hac pace constituta, periurus Ierosolymis discessit festinanter, & reuersus est Antiochiam &c. 1. Mach. 6. ver. 65. Denique prior pax facta & confirmata fuit Xanthico mense. 2. Mach. 11. ver. 33. qui non multum ab Nisan, vel Iiar distabat: posterior autem inita est, remotius ab anni sacri exordio, quando quidem anno prioris æræ 150. à Nisan iam inchoato Iudas arcem Ierusalem obsedit. 1. Mach. 6. v. 20. cuius rei nuncium cum Eupator accepisset, collegit copias etiam de regnis alijs & de insulis maritimis, easque per Idumæam duxit ad Bethsuram, & pugnaverunt dies multos. ver. 29. & 31. Quam ad rem spectat illud lib. 2. cap. 13. v. 18. sed rex accepto gustu audacia Iudæorum, arte difficultatem locorum tentabat, & Bethsuræ, quæ erat presidium Iudæorum munitum castra admouebat, sed fugabatur, impingebat, minorabatur. His autem qui intus erant Iudas necessaria mittebat. Ex quibus intelligimus, haud exiguum temporis spatium ad Bethsuram fuisse decursum. Qua tandem per deditonem accepta, Eupator mouit ad montem Sion, vbi ipse & Iudæi pugnarunt dies multos, lib. 1. cap. 6. v. 52. Hæc itaque spectant non ad eam pacem quæ confirmata est mensis Xanthici die decima quinta, anno Græcorum 148. posterioris computationis, antequam iniret annus sabbaticus; sed ad aliam quæ facta est anno sequenti Iuliano, adulta iam vel finita æstate anni ante Chr. 163. corrente anno Græcorum 150. ex calculatione libri prioris, desinente vete ætate sabbatico Iudæorum, & centesimo quadragesimo nono æræ posterioris.

P.
H. Philippi

Chronologia
vet. Testamenti

A IV

17 a

In litteris
Rom. &
Eupatoris
2. Mach.
non sunt
intelligendi
anni æra
Dionysii
Machabæi

Cur alij in
his ratio-
nibus hal-
lucinentur

16. Nec est quod arbitreris, in epistolis Romanorum & Eupatoris Mach. intelligendos esse annos æra Dionysii Mathematici, quos secundum Chaldæos nominant. Hæc enim æra apud Ptolemaum ante Idibus Octobris anno ante Christum 311. hæc vero epistola scripta ante Christi epocham 164. circa Aprilem, antequam annus 148. in annum proximè sequenti aperiretur.

17. Aduertendum hic vltimo, à nonnullis, vt Tornello & Salano annorum regni Græcorum, Sabbaticorum, non fuisse legitime constitutas: ac proinde mirum non esse, quod in rationibus, quæ ad Machabæos pertinent, hallucinentur. Vide Petauium lib. 10. cap. 43. contra Scaligerum eruditè disputantem. Et hæc quidem, quælibet opinio delibamus, accommodatè ad communem SS. Patrum & Concl. computationem: quia tamen in hisce libris peculiare occurrit diffinitio eas hic potius, quam alibi exhauriendas esse putauit.

QVÆSTIO II.

Quanam ratione, dies & menses Hebræi hisce libris notati, ad dies & menses Romanos stylo Juliano reuocentur.

Quis fuerit
primus
mensis
Hebræi

1. QVORUNDAM opinio est, Hebræis olim eum mensem fuisse primarium cuius luna decima quarta propius ad æquinoctium reuertebatur; siue hæc luna 14. ante, siue post æquinoctium affluisse sole. Iste sequi methodum apud Iudæos à multis retro sæculis usitatum, vt Machabæorum temporibus accommodare, ita vt mensium ille primus featur, cuius luna 14. vel in ipsum æquinoctij verni diem incurrit, vt supra subsequitur, morali per cyclos supputatione ex Romano Calendario sumpta.

2. Annis porro centum æram Christi immediate præcedentibus Calendarium Iulianum, biduo formam Gregorianam præuertebat, ab anno 101. vsque ad 201. diastema Calendariorum erat trium dierum, vt dicitur in Eccl. cap. 11. Cum igitur ex institutione Gregoriana æquinoctium ad Idibus Martij fixum sit; idem æquinoctium fluente centuria annorum qui ab anno 101. vsque ad 201. Christi epocham antecederant, ad 24. eiusdem Martij diei uocari potest. Quo posito, epacta cuiuslibet anni in Calendario Romano die 11. Martij, vsque ad 8. Aprilis inclusiuè, non procul à b initio mensis abfuerit. v. gr. Epacta 24. quando erat in vsu indicabat Neomeniam Martij incidere in vel circa diem 5. Aprilis. Epacta 23, circa 6. eiusdem epacta 22.